



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 90. Sodalitates a Papa vel erectæ, vel confirmatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

utam  
anque  
nom.  
r ve  
bitrio  
quisi  
e, vel  
es de  
runt,  
t cer  
cude  
illos  
polæ,  
n ta  
ribus  
tem,  
qui  
rohi  
pro  
udi  
li  
pur  
illi  
dem  
fa  
anæ  
ostri  
om  
quis  
ræ  
ibi  
em

tionem libros aliquos legere, aut ha-  
bere. Quodsi quis libros hæretico-  
rum, vel cuiusvis auctoris scripta, ob-  
hæresim, vel ob falsi dogmatis suspi-  
cionem damnata, atque prohibita le-  
gerit, sive habuerit, statim in excom-  
municationis sententiam incurrat: qui  
vero libros alio nomine interdictos le-  
gerit, aut habuerit, præter peccati  
mortalis reatum, quo afficitur, judi-  
cio Episcoporum severe puniatur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1564.

Observandum venit, quod hic In-  
dex in Galliis rursus nullius auctorita-  
tis sit, proin in hoc Regno libri ibidem  
condemnati absque peccati reatu libere  
legi valeant, dummodo ex seipsis pe-  
riculum non asserant, id vero si foret,  
tunc non ex eo, quod Romæ librorum  
Indici fuerint inserti, eorum lectio est  
prohibita, sed ex eo tantum, quia pe-  
riculum in eorum lectione occurrit. (\*)

### §. XC.

#### *Sodalitates a Papa vel erectæ, vel confirmatæ.*

Aliud insuper diploma edidit Pius IV. *Bullar. vet.*  
quo celebrem in Hispaniis Sodali-*edit Const.*  
tatem Nominis Jesu confirmavit, ac <sup>13.</sup> *Ciacon.*  
*Bur-* <sup>pag. 880.</sup>

(\*) Hæc animadversio sane magna obser-  
vatione, non autem Scriptore Catholico di-  
gna est.

**Sæcul. XVI.** Burgenses, aliarumque civitatum Sodales in eodem Regno pluribus, iisque amplissimis privilegiis locupletavit: porro illi, qui huic Sodalitati nomen dabant, juramenta, nisi in gravi necessitate, causisque urgentibus, præpedire adstringebantur: insuper aliam Sodalitatem confirmavit, quæ in Fratrum Minorum Conventualium Ecclesia ad SS. duodecim Apostolos dicta Romæ jam antea in honorem Sanctissimi Sacramenti, atque in oppressorum, & pauperum mendicare erubescientium subliuum erecta erat; ejusmodi enim misericordia hi succurrere tenentur: porro hanc Sodalitatem imposterum sub Sanctorum duodecim Apostolorum invocatione celebrari voluit Pontifex, qui etiam paulopost præceperat, ut haec Sodalitas Sanctissimi Sacramenti venerationem cederet Sodalitati Corporis Christi a Paulo III. Pontifice olim eratæ in Ecclesia Beatæ Mariæ supra Minervam Ordinis Prædicatorum, ipsa vero deinceps duntaxat pauperum, atque egenorum curam fibi reservaret, quam diligentissime etiamnum exercet. Denique idem Pontifex in omnibus Archiepiscopalibus, & Episcopalibus Ecclesiis juxta Tridentinæ Synodi decreta pro juvenibus Clericis tam in literis, quam in pietate imbuendis seminaria erigi

erigi curabat, quam in rem die decima quarta Julii ad Joannem Patriarcham Venetum, & die vigesima secunda ejusdem Mensis ad Antonium Albonum nominatum Lugdunensem Archiepiscopum literas dabat, ut vero ceteri ipsius exemplo ad pium hoc opus excitarentur, ipse Romanum Seminarium condidit, cuius curam Jesuitis committi posse arbitrabatur.

Sæcul XVI.

A.C. 1564.

## §. XCI.

*Initia Oratorii a S. Philippo Nerio  
erecti.*

Pius IV. Pontifex, cum ejusdem Ze-

lus hisce operibus satiari haud pos-  
set, sancto quoque Philippo Nerio pro-  
ficiuam præstitit operam in erigenda ejus  
Congregatione, quæ ad regularem vi-  
vendi normam hoc anno millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo quarto redigi cæ-  
perat: porro hic idem sanctus Anno  
Christi millesimo quingentesimo deci-  
mo quinto die vigesima secunda Julii  
Florentiæ ex nobili Etruriæ familia na-  
tus erat, atque humaniorum literarum  
curriculo in patria sua confecto Romam  
veniens cum tanto profectu Philoso-  
phiæ, ac Theologiæ Scholasticæ ope-  
ram navabat, ut ferme omnes, qui  
Romæ celebriores erant, hujus Viri  
amicitiam sibi demerericiertarent: Phi-  
lippus

hoc ann. n. 5.

Galonius in  
vita S. Phil.

ann. 1564.